UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

SS Marianus & Iacobus MM. S Maxentia Vid: S. VValfardus conf 30 Ap.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

SS Marianus & Iacobus MM. S Maxentia Vid; S. VValfardus conf 30 A

Memoria mortis.

Mortuum ſe pene putat, qui mortuum ſe minimè ignorat Greg.

Da quæſumus Dne Deus noſter ut ſicut BB Martyrum tuorum Marian & Iacobi (S Maxentiæ famulæ tuæ: S VValfard. conf. tui) commemoratione temporali gratulamur officio, ita perpetuo lætemur aſpectu. Per D. N Ieſum Chr. &c

Ora pro peſte afflictis, &

1. SS. Marianus Lector & Iacobus Diaconus MM. Lámbeſe in Numidia paſsi ſunt Horum prior in Decij perſecutione infeſtationes per confeſſionem Chriſti vicerat; ſed iterum cum clariſſimo Collega tẽtus eſt, & ambo mirabiliter poſt dira & exquiſita tormenta, diuinis reuelationibus ſecundò confortati, nouiſſimè cum multis alijs gladio conſummati ſunt.

2 S Maxentia Romana, S. Vigilij Trid. Ep & M. mater, S. virum Trid. diuino conſilio euntẽ comitata, fructũ piæ educationis in filio ſuo conſpexit. Ipſa vero domi ſuæ in ieiunijs, orationi & miſericordiæ operib⁹ intẽta, vita tranſacta in cælum eu lauit.

3. S. VVolfhardus Aug. Vindelicorũ natus ephippiorum artifex, quicquid opere ſuo lucrabatur in egenorũ vſus diſtribuebat, denique in eremum iuxta Atheſin ſecedens 30. annos in ea exegit ſanctisſime, obijtque A. 1127.